

noviter addite

tribus in inferno. et fama de ipso fecerunt in mundo. quia sui occasione tam multos occisi sunt per herodem infantes (quod) per et (chorus) flores. id est splendi et pulchri. martyrum quasi diceret splendidissimi inter martyres. et (insignes) id est electi et notabiles (gemule) id est lapides preciosi (sanctorum professorum) Metaphora est. sicut enim gemma ancillat alios preciosos lapides in dignitate. ita pueri isti innocentes primatum tenere videntur inter professores et regines. que sequitur (Atque steriliu) fructu non profertur sed casta (reginam in mundo) id est in hoc seculo

Elari filii. dulces pusioli nos iuvate precibus. Quos christus innocentem mortem vestram miserans. Pro se maturationem placidus exaudiens. Nos regno suo dignetur.

¶ Et o (elari) id est nobiles (filii) id est filii parvi (dulces pusioli) parvi pueri Pusio puer parvus siue infans dicitur. In pusiolus diminutivum (iuvate nos precibus) scilicet vestris (quod) scilicet pusillos (christus miserans) id est cum misericordia et visceribus pietatis aspiciens (vestram innocentem mortem maturatam) id est adimpletam et gustatam (pro se) id est seipso (exaudiens placidus) id est placide temigne et favorabiliter (dignetur) dignos faciat et reputet (nos suo regno) ubi una cum eo et sanctis innocentibus possimus perpetue regnare Amen.

I Audes christo redempti voce modulemur supplicii

Omnis in hac die rerum natura iubilans. Personet immensas filio dei gratias

De festivitate paschali est prius sequentia Et potest dividi in tres partes. In prima autor hortatur nos ad reddendum christo resurgenti laudem In secunda ostendit quale se christus exhibuit in assumpta humanitate ante passionem et post ibi. Ab hoste tentatur. In tertia parte recomendat die paschali. ibi. Hec est dies.

¶ Sciendum quod pascha grecum vocabulum est deductum a greco verbo paschomat id est patior latine. quia hoc tempore agnus et christus passus fuit Sed hebraice phase dicitur hoc est transitus. quia hoc tempore filii israel transierunt ex egypto per mare rubrum liberati a servitute Pharaonis Cuius rei memoria iudei singulis annis servabant. sed in sabbato. que celebratur hodie in die dominica ne videremur omnino iudaizare. Augustinus enim vult dicere. quod hoc nomen pascha ista duo in se prinet. scilicet passionem et transitum tam secundum peccatorem quam secundum vocem secundum fecerat quod in passione christi fuit eius transitus de mortalitate ad immortalitatem Et ita secundum eum ex duabus linguis. scilicet greca et hebraica facta est tertia scilicet latina. Patet ergo quod hoc nomen pascha aptum vocabulum sit ad hanc solennitatem designandam Et declinat in prima declinatione sub neutro genere. vel in tertia sicut cur dogma. sed rarius ita invenitur Huic ergo solennitati paschali bene adaptatur ista sequentia. quia in ea commemorantur transitus domini. passio et resurrectio. sicut patet in expositione **Construe Nos (recepti) id est liberati de servitute diaboli (modulemur) id est dulciter cantemus (christo) iesu qui nos sua morte et passione redemit (laudes) id est gratiarum actiones (supplicii voce) id est deuota et humiliter**

f u